



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

115. Mirac. pro fid.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

stiana, totum sibi addixit. Aggressus itaque de vita colloqui curta, & fragili quæ illum incipiebat deserere, tum de immortalis quàm spondabat fides Christiana facile permouit ut vellet Cataneum de illa audire. Adest, docet, errores eximit, satisfacit dubiis, ritè, pièque comparatum b. prizat: inde ad supremum spiritum nulla præter hanc bono feni in ore vox fuit. Domine cæli adiuua me: quàm si vitium defectus, aut mortis proximæ interciperet angor, iucundum aspectu, puerulus non iam catechumenus eius nepos, reficere illi eius memoriam, suggerere ut cæli dominum quem illi Cataneus demonstrarat in auxilium vocaret, illi consideret, eius clementiam posceret. Miris alij modis, & supra naturam illustribus non modo ad fidem adducti sunt, infideles ad summam illius admirationem. Moribundis sacro baptismate, restituta est valetudo, & spiritus qui huius remedij magnitudinem veneratus, vitam omnem templi obsequio dicaret. Circumlata ægotis, & adæquate crux; complures, & sannauit; & ab infestationibus dæmonum liberant, etiam Ethnicos. Eas passa diu erat quæ Sciamhaia prima baptismum suscepit, nec erant ab iis immunes domestici; sed vexabant crudeliter miseram, & inhibito cibi usu in tabem emaciauerant. Taosios omni cantionum suarum consumpro choragio irridebat dæmon, & cum funeralibus incantatis, candelabra humi ex altari proiecta dissipabat; vnum erat leuamen feminae infelici, baptismum promittere, crucis signum formare, crucem à Cataneo accipere; his procul ad spectabili specie in domus atrium abigebat cacodæmon; mox ea cum viro sacris vndis abluta prorsus euauit. Seniculus denique, quàm rei egenus, bonæ animæ tam diues, & reuerentiæ erga Dei matrem, narrabat se illius rosario, vbiuis recitando, recitabat autem ferè perpetuo, odore eodem perfumidi solitum qui diuini sacrificij tempore sacellum vaporabat.

Expleto Sciamhaia biennio, & Doctoris Pauli grandi familia Christo integè adiuncta, vocatur Hanceum Cataneus, Cechianæ Prouinciæ vrbem primariam, ut nouam illic (de qua suo loco) statueret Christianitatem; sed ante Nanchini crescentem feraci propagatione, & magnis virtutum progressibus reuisit quos veterat prolixius recensere, argumento sint vel hæc duo; vilis opifex, & illiteratus, idololatrias viginti ad Patres perduxit, sui fructum cuiusdam sermonis, quem Deo dicente cum iis habuerat, dum aduerso anse simul nauigarent. Mercatorem ex quo mercurij æternarum, fide monstrante, pretio captus est; terrenarum omnium piguit, in illarum amorem exinde omnes incendere; de illis assidue audiri & alloqui, & diribendorum venalium occasiones atque itinera in ministerium Apostolicum vertere, cuius ad Patres gaudent subinde fructus reportabat; Literatis interea, perspicacibus, doctis, verique intimè consciis, & laudatoribus, suo in coeno turpissime, lechalièque hærentibus. Tam ex illa cum Ethnicis continua Christianis de rebus concertatione, illi discabant Christiana; isti altius animo imprimebant. Fuere qui mallent verbera, & mortem perpeti, quam

115.  
Mirac. pro  
fid.

116.  
Nanchini  
conuert. &c.